

(verba hæc sunt Abulpharagii in Chron. Syr. a nobis re-citata Tom.2. Biblioth. Orient. pag.335.) *Sergio Zacho-nio Metropolitæ*, quem Archiepiscopum appellabat, præ-cepit, ut Georgium gentium Arabicarum Episcopum crearet: quem ordinaruunt mense Novembri, duobus post Patriarcha obitum mensibus, anno Græcor. 998. Ita Sy-rorum Jacobitarum Secta per totum Orientem diffunde-batur, postquam Saraceni Romano illarum regionum po-titi sunt Imperio. Tertius *Thomas*, quem inter Syros hæreticos suo ævo viventes Sophronius nominat, is est, qui *Heracleensis* appellatur, de quo hæc Abulpharagii ver-ba ex Chron. Syr. Tom.2. Biblioth. Orient. p.334. reci-tavi. *Sub hæc tempora floruit Thomas Heracleensis, Cœ-nobii Taril Monachus, qui a puero in Kenserinensi (Chal-cidensi in Syria) Monasterio literis Grassis excultus, postea Mabugi (Hierapolis) Episcopus fuit. Exagitatus autem a Domitiano Melitinenſi, in Ægyptum profectus est, habitavitque in Anton (hospitio) Alexandriae, in facro Antonianorum Monasterio: ubi memorabili diligen-tia sacrum Evangeliorum Codicem & reliquos novi Te-stamenti libros admodum exacta & accurata emendatione vestitus, post primam versionem Philoxeni Mabugenſis studio elaboratam. Syriacam versionem a Thoma factam apud Alexandriam anno Græc. 927. Ind. iv. (Chr. 616.) ex apposita ad autographum adnotacione demonstravi Tom.2. Biblioth. Orient. pag.93. Vitam ejusdem Thoma ab Anonymo descriptam habes ibid. pag.91. ubi *Samosa-tis diem clausisse dicitur*. Ultimus horum *Severus*, co-gnomento *Sabochi*, Episcopus Kennestriensis, hoc est, Chalcidis in Cyrrhestica, Athanasi Baladensis Magister, apud Abulpharagium in Chron. Syr. Tom. 2. Biblioth. Orient. pag. 335. a Philosophicis, Mathematicis, & Ec-clesiasticis studiis commendatus.*

III. *Menas Alexandrinus*, Gajanitarum propugna-tor atque defensor hæreticos, & in aperto expugnans ve-ritatis prædicationem. Postquam Severus Antiochenus Sede ob hæresim dejectus, unacum Juliano item hæ-re-tico Halicarnassi quondam Episcopo, Alexandriam se-rece-